

Petrus Tomicki Episcopus Cracoviensis  
vice Cancellarius Luce de Yorke  
Castellano Sandomiensi et Capita-  
neo maioris Poloniae generali.

137

Magnifici Domine, Domine et frater hono-  
randissime! Quomodo se habeant ratio-  
nes concordie et pacis inter serenissi-  
mos Reges Hungariae iustitiae magni-  
ficentiae vestrae ex literis maiestatis Re-  
giae ad plenum cognoscat, namque eu-  
res redit ut istis Sandomiae ad festam  
s. Michaelis praedictum Oratores utrius-  
que Regis praedicti maiestatisque Domini  
nostri d. Domini Georgij Sandomiae Ducis  
ad eius concordie tractationem conveni-  
ant, ad quod munus Oratorium mai-  
estas Regia designavit, magnificentiam  
vestram Reverendissimos Dominos Be-  
niaminensem et Gloviensem Episcopos  
spectabiles et magnificos Dominos Cas-  
tellanum et Capitaneum Cracoviensem  
Salatinum, Salatinum Russiae et exer-  
cituum Regni primum Ductorem ac  
venerabilem Dominum Joannem Cho-  
renski archidiaconum Cracoviensem fa-

ut  
DD



favit Omnipotens Deus, ut pro bono totius Chri-  
stiane Reipublicae tanto negotio feliciter  
succedere futura ista consultatio possit.  
Cum hic Dominus esset Laski nihil aliud  
quod ego suam egit nisi quod ad istum  
actum Concordiae pertinet. Imperatoris eti-  
am Turcarum Orator nihil verbis retulit  
praeter salutationem sed literas attulit pra-  
ter salutationem in quibus hoc continebatur  
quod commemoravit Imperator Regiae  
maiestati fadus inter se et illius maiesta-  
tem huius supra duos annos percussum, quod  
se servare, et servaturum Deinceps esse affir-  
mavit veniit etiam maiestati sua  
quam ingenti apparatu se instruat con-  
tra hostes suos & conclusit haec se pro-  
pterea scripsisse, ut maiestati sua sicuti  
amico et vicino suo non forent incognita.

Literas quae ad officium Capitaneae-  
tus Nakhien pertinent quam priori nunti-  
tis mittere, non potui nunc illas per-  
presentem magnificentiae vestrae mittere,  
cuius me amori & benevolentiae frater-  
nae commendo feliciterque spero & recte  
cum suis omnibus salvam atque inuo-  
luntatem vehementer desidero. Dabit etc.